la. dictarum. quot 4. 3. 2. i. sunt inter diluvium et christum
et invenio. 19. 4. 19. 3. 42. 2o. 39. 1 | quam dictam
addo ad. 4. 3. 2. 1 que habui quia diluvium precessit
christum | et provenit A. 4. 29. 3. 41. 2. 49. 1. Dico
ergo quod a tempore diluvii usque ad tempus presentem
sunt tot. 4. 3. 2. 1. sicut tu vides. Alius canon

Cognitis 4tis. 3tis. 2is. 1is | numerum annorum mensium et dierum in ipsis contentorum invenire. Sequitur commentum canonis

Et est quasi e capitulum quam in numero 4. 3. 2. etc.
in tabulis separatim illis annis quos scire desideras. | Quere ergo in 4. lineis sequentibus lineam
primam | et si numerum istorum per se invenis invoces directo
in prima linea annos eis correspondentes. Si autem
4. 3. 2. 1. non per se invenis. Quere numerum minorem
propinquiorem. Et illum scribe. a. 4. 3. 2. 1. que habes et
numerum annorum in directo inventum scribe ut supra alios proportiones
separatos | Deinde intra iterum cum residuo. Et sic operare
toties donec tabulam annorum expansorum
quam collectorum quam et mensium | donec totus numerus 4orum 3orum
2orum 1orum fuerit evacuatus. Cavendum tamen est de anno bisextili
cum intraveris in tabulam mensium | quia oportet intrare tabulam.
superiorem si fuerit annus bisextilis | si vero
non fuerit annus bisextilis intra tabulam superiorem.
Nota per istud capitulum et duo capitula precedentia potes
cognoscere annos cuiuslibet ere volueris | cum in aliqua
ex eis sit nota | ut. 4. per capitulum 2m. vel 3m
scias. 4. 3. 2. 1. transacta a tempore christi usque ad tempus
presens | per 4m capitulum scias. 4. 3. 2. 1. a tempore diluvii
usque ad tempus presens | per istud autem capitulum potes
scire annos diluvii usque ad tempus presens | et idem est
de omnibus aliis | Sequitur canon. Sequitur canon. etc.

Notam anni vel mensis vel et diei cuiusvis per tabulam invenire

Intelligendum quod nota sunt. quod hic sumitur idem est quod
feria | Si vis invenire notam alicuius anni vel mensis
vel certam. alicuius. diei. Et invenire in qua feria
incipit iste annus | mensis | vel. dies. | Cum ergo volueris
hoc invenire reduc totum tempus a principio illius
ere per quam. operaris usque ad illum diem exclusive
ad. 4. 3. 2. 1. | Quo facto intra tabulam notarum
primo cum quartis | et vide numerum in directo sequentem in
linea que intitulatur 4a | quem scribe ut | Deinde
intra eandem tabulam cum numero 3orum et numerum quem in directo
invenis in linea que intitulatur 3. scribe sub aliis
prius separatis | Deinde intra cum numero 2orum et numerum
que in directo invenis in linea que intitulatur. 2a. scribe
ut sub aliis prius separatis | Deinde intra cum numero
primorum et numerum que in directo invenis sub linea que
intitulatur prima scribe ut sub aliis prius separatis | quo
facto scribe radicem. notarum illius ere. per quam operaris | Deinde adde omnia adinvicem et quod per additionem
provenit divide per. 7. vel. scribe. 7. quotiens
poteris | et id quod remanet ostendit numerum ferie quam
queris | ut. si. remanet. 4. | feria sexta totum
tempus quod reduxisti est. 4. feria | et sic intelligendum
est de aliis | Sequitur canon. Sequitur alius canon

Numerum horarum equalium et minutorum hore ad minuta dierum et alias fractiones per tabulas ad hoc factas reducere

Intra tabulam que intitulatur tabula
la conversionis horarum in minuta et 2a dierum | et quere
numerum horarum equalium in linea numeri que intitulatur
hore et minuta. et 2a. que in directo invenis scribe
ut | Deinde intra cum numero minutorum hore tabulam que
intitulatur ad sciendum minuta. dierum et quere numerum
minutorum hore in lineis numeri et id quod invenis in
proxima linea. post lineam numeri sunt minuta dierum et
in sequenti. linea 2a. et postea 3. sic per ordinem supra
scripto. Deinde si habeas 2a hore intra cum eis
in eandem. tabulam. in linea numeri [illegible]

quod invenies in prima linea sunt 2a dierum et in sequenti 3a et postea. Et mutatur enim ibi denominatio suprascriptionis quia cum minuta cum minutis hore in prima linea sunt minuta dierum. Si vero incipit cum 2is hore in prima linea sunt 2a dierum. Et huius ratio est quia sicut se habet minutum hore ad minutum diei sic se habet 2m hore ad 2m diei. Et similiter mutatur denominatio per unam fractionem vel / postea hec adde adinvicem quelibet ad sui generis secundum artem algorismi de minutiis. Et quod post additionem provenerit erunt minuta dierum et 2a et 3a horis proportionis et horarum minutorum et 2is correspondentia. Ratio istius tabule fuit ut quantitas horis equalibus inscripta plus illi quam diem compleatur. que per operatorem istum rorum sunt [illegible] per orologia possunt motum ex arguitum per istas tabulas invenire cum diebus hic non dividitur in horas sed in minuta dierum.

Minuta dierum et 2a et 3a ad horas et minuta horarum et sic reducere.

Et est conversum capituli precedentis. Quere numerum minutorum diei in linea numeri in tabula que intitulatur tabula ad faciendum horas et cetera. Et numerum que invenies in prima linea sunt ho[re] et in sequenti minuta hore. sic suprascriptio manifeste habet et cetera. Deinde intra cum 2is dierum in linea numeri in eadem tabula. Et tunc quod invenies in prima linea sunt minuta hore et postea 2a sicut habet et cetera. sed aliis prius scriptis quelibet sub suo genere. Deinde intra cum 3is dierum. sic habebis 3a et illud quod invenies in prima linea. sunt 2a hore postea 3a scribe sub aliis prius scriptis et sic semper mutatur denominatio suprascriptionis secundum diversos introitus propter rationem dictam in precedenti capitulo. Quo facto adde omnia adinvicem et invenies id quod queris. Ratio autem huius capituli sive tabule fuit ut quantitas aliqua coniunctionis vel eclipsis per tabulas alfonsi in quibus operamur per minuta dierum et non per horas sicut dictum est in precedenti capitulo. Darentur horas et minuta horarum minutis dierum et 2is equivalentia ut ea ad illud per instrumenta que per horas distincta sunt possemus observare. Sequitur canon

Quid intelligatur per hoc nomen radix cum dicatur radix talis motus vel talis declarare.

Sciendum quod radix alicuius motus nichil aliud est quam locus alicuius signorum in quo fuit iste motus in principio illius ere cuius est radix. verbi gratia in tabula radicum solis radix in carnatione est 9 signa 8 gradus 21 minuta hore et diei ubi erat medius in zodiaco in principio incarnationis ab ariete. ibi fuit medius motus solis tempore Christi in medio ultime diei decembris sive in principio Januarii. Et hoc intellige de omnibus motibus mediis. Radix vero alicuius argumenti de argumento loquor in capitulo est distancia corporis planete ab auge media epycicli in principio illius ere cuius est radix verbi gratia in tabula radicum argumenti lune. Radix incarnationis est 3 signa 19 gradus et hore et diei in principio Januarii ut dixi distancia corporis lune ab auge media fuit tanta. Et sicut medius motus computatur ab ariete in zodiaco signorum sic argumentum medium computatur ab auge media in epicyclo. Initium

Revolutione annorum mundi vel nativitatis alicuius vel cuiuslibet rei

initiis principii in horis et fractionibus horarum per tabula ad hoc factam invenire

Sciendum quod revolutio anni est revolutio solis ab eodem puncto in eundem. vel reditus solis ad idem punctum in quo fuit sol in principio illius anni. Nota quod revolutio annorum mundi est introitus solis in primum minutum arietis. Revolutio autem nativitatis est reversio solis ad eundem punctum zodiaci in quo fuit hora nativitatis. Revolutio annorum alicuius rei cuiuscumque sit principium verbi gratia alicuius ville vel castri vel edificii est revolutio solis vel reversio ad eundem punctum vel locum in quo fuit in principio fundationis scilicet quando ponebatur primus lapis. Cum ergo volueris invenire revolutionem annorum scilicet primo introitum solis in arietem [illegible] in aliquo anno tibi noto. scias numerum dierum horarum et minutorum quantum est possibile. Et illud tempus per totam vitam tuam pro radice tene. Cum ergo revolutionem anni volueris invenire vide quot anni sunt a radice tua usque ad illum annum cuius revolutionem scire volueris ~~Et istorum annorum~~ cum numero istorum annorum intra tabulam que intitulatur tabula revolutionis annorum in suis fractionibus et numerum horarum et minutorum et 2orum que inde invenies adde cum horis minutis et 2is que habes in radice tua. et si ex additione horarum adinvicem excrescant plures hore quam 24 pro illis 24 unitatem in diebus pone et illud quod post additionem provenerit ostendit tempus introitus solis in arietem. scilicet diem horam et cetera. Et si annus in quo fuit bisextus erit hoc in consimili hora diei precedentis istam diem. quam per operationem invenisti. Revolutionem vero annorum nativitatis vel alterius rei habentis originem sic invenies. Scias primo horam nativitatis vel alicuius rei habentis originem sub certo numero dierum et horarum equalium et minutorum quantum est possibile et illud tempus pro radice tene. Et operare per eandem tabulam eodem modo sicut dixi de introitu solis in arietem. Et sciendum est de anno bisextili. Quando si fuerit annus bisextilis et transierit locus bisexti. revolutio illa erit in consimili hora diei precedentis sicut dixi prius.

Revolutione annorum cuiuslibet quantum ad gradum ascendentem invenire.

Sciendum quod revolutio ascensionis anni ascendentis anni nichil aliud est quam invenire gradum ascendentem scilicet illum qui est in oriente in qualibet orizontis cum revolutione anni fuerit completa. Et ergo dico quod ista tabula debet intelligi de gradu equinoctiali et non de gradu zodiaci sicut quidam opinantur quia aliud esset falsissima sicut patet per demonstrationem. Cum ascensiones signorum sint tempora et hore que ponuntur in tabula revolutionis annorum in suis fractionibus sunt hore eius. Cum ergo volueris hoc scire scias gradum equinoctialis in aliquo anno noto. scilicet certo numero ab ariete computando scilicet scias numerum graduum minutorum que sunt ab ariete in equinoctiali usque ad punctum equinoctialis qui est in oriente pariter quantum potes. Et illum numerum pro radice tene. Cum ergo volueris gradum ascendentem in revolutione alicuius anni invenire intra cum numero annorum perfectorum qui sunt a tempore radicis tue usque ad istum annum cuius ascendentem queris in tabula que intitulatur tabula revolutionis annorum ascendentium et numerum graduum et minutorum et 2orum quod inde invenies adde cum radice tua. scilicet gradus cum gradibus minuta cum minutis. Et si post additionem provenirent plures gradus quam 360 remove inde 360 et residuum serva et hoc est pars illa equinoctialis que est in oriente in illa revolutione. Quia vero pars zodiaci existens in ortu invenitur per tabulas ascensionis signorum vel per



Marginalia (right margin): Anno domini 1440 intravit sol in arietem [illegible] martii 10 32 41 — [illegible] — Anno 1440 [illegible]

Marginalia (left margin): [illegible]

per astrolabium. quia hic declaracio esset nimis longa. Deinde intra cum numero graduum inventorum ad tabulam ascensionum vel medium .A. climatis et quere per duas tabulas et vide quid sit ultimus sinistrum in prima linea istius hoc serva. et vide quod signum sit in directo supremus in capite tabule et hoc erit ascendens. **Canones planetarum.**

Medium motum solis et lune et aliorum planetarum et argumenta media lune veneris et mercurii similiter motum accessus et recessus octave spere et argumentum latitudinis lune et motum augium et stellarum fixarum per tabulas invenire. Reduc tempus tuum a primo anno Christi usque ad horam considerationis tue ad. e. z. 2. similiter reduc horas et minuta horarum ad minuta et secunda dierum. Si habueris horas et minuta horarum. Quo facto scribe radicem istius motus quem scire volueris ad tempus illius erc per quam assumuntur v. g. si queris medium motum solis scribe radicem medii motus solis cum operaris ad annos Christi scribe radicem in carnationis Christi. Si vero operari volueris ad alios annos scribe radicem eis convenientem. Qua radice sic scripta in tabula vel in tabula intra tabulam istius motus que queris cum numero annorum et quod inveneris in linea que intitulatur signa sunt signa. et in sequenti gradus. postea minuta et cetera per ordinem fractionum scribe ea. scilicet sub radice prius scripta. quolibet sub suo genere scilicet signis sub signis gradus sub gradibus. Deinde intra cum numero annorum in eadem tabula. Et quod inveneris in linea que intitulatur signa sunt signa. postea gradus et sic per ordinem scribe ea sub aliis prius scriptis quolibet sub suo genere postea intra cum diebus et quod inveneris in linea que intitulatur signa sunt signa postea gradus et sic per ordinem scribe ea sub aliis prius scriptis. Deinde intra cum primis et quod inveneris in linea que intitulatur prima scribe sub aliis prius scriptis. ordine conservato. Quo facto si habes minuta dierum intra cum eis eadem tabula. Et quod inveneris in prima linea sunt gradus postea minuta scribe ea. Deinde intra cum secundis in eadem tabula et quod inveneris sub prima linea sunt minuta. Deinde secunda scribe ea sub aliis prius scriptis. Et sic facies si habes plures fractiones. tempus que cum fractio graduum correspondeat cuilibet fractioni temporis patet per tabulas titulum inferiorem tabule. Quo facto adde omnia ad invicem, incipiendo a superiore fractione. Et quandocumque ex additione pervenit LX. tunc pone unitatem in loco fractionis immediate grossioris. Et iste modus servandus est in istis tabulis usque ad signa. scilicet quod XXX gradus faciunt unum signum. Et XII signa unam revolutionem Et ex additione signorum excreverit plura XII quam XII. subtrahe XII quando poteris Et residuum serva. quia est illud quod queris. Intelligendum est quod radices hic posite in istis tabulis sunt posite super meridianum toletanum. Si vero ad meridianum tuum volueris hos motus et alios predictos invenire. Quas primo verte civitas tua. sit orientalior vel occidentalior. Et in tanto tempore quere motum quod volueris et hunc subtrahe a motu invento. si civitas tua sit orientalior. vel adde si occidentalior. Et

quia per additionem vel subtractionem pervenit et medius quo queris ad meridianum civitatis tue non. Quia istud opus potest multum abreviare. videlicet reduc omnes radices ad meridianum tuum et deservient quamdiu vivis. Non est quod potest in primo cuiuslibet anni quere omnes medios motus et medias argumenta et pone in tabula una. et tene pro radice illius anni et et magis alleviatio operis quia non oportet reducere tempus annum introitus nisi cum primis et secundis et minutis dierum. si fuerit. Hos minuta et secunda dierum et hec sufficiunt. **Canon**

Tempus medie coniunctionis et oppositionis solis et lune per tabulam ad hoc factam invenire. Reduc tempus tuum propositum ad diem quo coniunctio queritur vel oppositionem fore super ad. e. z. secunda prima. et hoc per doctrinam prius traditam. Quo facto scribe primam (radicem) medie elongationis solis et lune directe. eodem modo per omnia operando sicut docetur de mediis motibus Et postquam omnes introitus feceris et numeros addideris si proveniunt XII signa precise in eodem tempore est media coniunctio ad quam operaris. Si vero provenit VI signa in eodem tempore est media oppositio Et vocatur media coniunctio quando linee medii motus sunt in eodem loco zodiaci oppositio dicitur vero oppositio dicitur quando sunt in locis oppositis. Si vero non provenit XII signa. nec VI precise tunc. Et si volueris invenire coniunctionem subtrahe illud quod provenit de XII signis et residuum serva. Si vero volueris oppositionem subtrahe illud quod provenit de VI signis et residuum serva. Quo facto illud residuum quere in tabula eadem. medie elongationis Si vero fuerint aliqua signa quere ea in prima linea post lineam numeri et si preset tantum numerum signorum graduum et cetera. non inveneris tunc accipe minorem propinquiorem et vide numerum scriptum in directo in linea numeri que scribe et sunt dies. et serva eos Deinde subtrahe illud quod accepisti in tabula sicut sunt signa gradus et cetera numero toto quod habebas. scilicet a signis gradibus et cetera Et serva residuum Cum quo intra tabulam eandem. Si sint gradus in residuo quod accepisti in tabulis in prima linea. quere eos post lineam numeri et si ibi eos inveneris illud quod scriptum est in linea numeri sunt minuta dierum. scribe ea extra post dies prius scriptos. Si vero fuerint tot gradus quod non potuerint in prima linea inveniri tunc quere eos in secunda linea in illa parte ubi est nichil in prima linea accipe ibi minorem propinquiorem et tunc illud quod scriptum est in linea numeri sunt dies scribe eos extra sub aliis prius scriptis. quia facto cum ad fuit residuum subtrahe id cum quo intrasti a numero tuo et intra cum residuo quere in eadem tabula. Et si in residuo fuerint minuta et invenies ea in prima linea tunc illud quod scriptum est in linea numeri sunt secunda dierum. Si autem sint tot minuta quod in prima linea non possunt inveniri tunc quere ea in secunda linea in illa parte que est nichil in prima linea. Et tunc quod scriptum est in linea numeri sunt minuta dierum et minutas dierum ... omnes prius tabula sic scripta. Et isto modo oportet intrare donec totus numerus compleatur Et est iste similis modus operandi sicut in tabula ubi queritur anni p. e. z. secunda l. Et scias quod dies sic inventi sunt completi computati a meridie diei precedentis Similiter et hore sunt complete sicut et anni menses et signa. et omnia que in tabulis istis inveniuntur sunt

et quotiens medie

qplera. Quo facto dies et mi dierum et certas fractiones quas invenisti per oppositionem adde ad tempus coniunctionis quesitum scilicet mediam elongationem. Et quod per additionem provenit est tempus quietionis vel oppositionis medie vel equalis. Et nota quod habita quietione volueris modo faciliori invenire oppositionem vel e contra habita oppositione invenire quietionem sequentem quia equale est tempus utrobique adde super tempus quietionis si volueris oppositionem sequentem vel super tempus oppositionis si volueris quietionem sequentem. 14. dies 44. mi dierum 44. 2a 3. 3. 28. 4. Ex quo patet quod futura prima quietione anni poterunt per solam additionem omnes quietiones et oppositiones istius anni invenire. Et cum isto modo operari volueris. Quere primam quietionem anni hoc modo. Reduc tempus currens incipiens ab era tua usque ad principium istius anni quietiones quas ad 4. 3. 2. 1. Et cum eis intra per modum prius dictum in hoc capitulo et illud quod inveneris subtrahe de 6 signis et cum isto quod remansit intra per modum prius dictum accipiendo dies et mi dierum et que sunt a principio anni usque ad primam quietionem ita per radicem istius anni. Item si volueris invenire primam quietionem in mense sequente adde super radicem servatam 29. dies 31m mi dierum 50 2a. 1. 3a 36. 4a quod tantum est ab una quietione ad aliam. Et si illud addideris super radicem provenit tua et sic de aliis. Et si oppositiones facere volueris adde super tempus cuiuslibet quietionis tempus prius positum scilicet 14. dies 44. mi dierum 44. 2a 3. 3. 28. 4. quod tantum est a quietione usque ad oppositionem vel ab oppositione ad quietionem. Et si non volueris invenire quadraturas scilicet distantiam medii motus lune a medio motu solis per .90. pro tanto adde super tempus quietionis 7. dies 22. mi 22. 2a 313. 44. 4. et habebis quadraturam primam et addendo super tempus oppositionis et habebis quadraturam secundam. Et istos motus propter possunt in marginibus tabularum invenire. Et ipsos ibidem scriptos sine calculatione laborem querendi.

Verum eclipsis solis in aliqua quietione vel eclipsis lune in aliqua oppositione sit possibilis invenire. Quere argumentum latitudinis lune ad tempus quietionis si queris possibilitatem eclipsis solis vel ad tempus oppositionis si queris possibilitatem eclipsis lune. Et si argumentum latitudinis fuit 0 in signis et minus 12 gradibus vel 5 signa et plus 18 gradibus vel 2. signa et plus 18 gradibus vel 11 signa et minus 12 gradibus dic eclipsim fore possibilem. Si autem ultra istos terminos inveneris impossibilis est eclipsis.

Modum corrigendi tabulas motuum equalium et ipsas faciendi de novo dum in habeat motus equalis diei singularis motus unius diei cuius tabulam volueris corrigere et est motus cuiuslibet diei illud quod scriptum est in prima linea tabule scilicet in parte superiori tabule. Et si dubitas de aliqua tabula utrum sit bene scripta vide lineam immediate precedentem illam de cuius veritate dubitas et eam scribe extra quo facto subtrahe motum unius diei scilicet primam lineam tabule et adde simul et illud quod provenit et numerus linee de qua dubitas. Et si dicas quid faciam si dubitem de veritate prime linee accipe lineam quamcumque volueris in tabula et scribe eam post precedentem immediate scribe sicut prius scriptam subtrahe eam a sequente et residuum erit motus unius diei scilicet prime tabule si 2a correspondet bene est. Et si non corrigatur

accipe usque in alia parte tabule duas lineas et subtrahe unam ab alia et vide quot differentias dant sicut differentias de motu diei quod non est ulterius que tabula in pluribus locis sit falsa et cum differentia sicut proportionata per motum dictum totam tabulam corrige et cum fecit a principio. Et si totam facere hoc modo scribe motum diei et eum duplica et duplatum est motus duorum dierum et super istum adde ad hunc motum diei et provenit motus trium dierum et iterum super istum adde motum diei et sic fac donec compleas 60 lineas et est tabula completa et sic patet illud.

Verum locum augis cuiuslibet planete per tabulas invenire. Quere primo motum augium et stellarum fixarum non accepta radice aliqua secundum modum dictum in medius motibus et eum serva. Postea quere motum accessus et recessus 8e spere cum adde radice motus 8e spere. Quo invento si fuerint ibi signa resolve ea in gradus quo facto intra tabulam equationis accessus et recessus et quere numerum graduum predictorum in lineis numeri quos ibi invenies si sint pauciores 90. quia linee numeri crescunt usque ad 90 si autem fuerint plures gradus quam 90 computa ordine retrogrado vel contrario ita quod si fuerint 91 accipe 89 si 92 accipe 88 si 93 accipe 87 sic retrocede usque ad principium tabule et erunt 180 gradus et ibi equatio est nulla. Si vero fuerint ultra 180 incipe a principio tabule ita quod 181 est principium scilicet 1 et 182 sunt 2 et 183 sunt 3 et sic donec iterum venias ad 90 iterum et tunc erunt 270 gradus. Si vero fuerint plures quam 270 retrocede a fine tabule usque ad principium ita quod 271 accipe 89 et 272 accipe 88 et sic usque ad principium tabule et erunt tunc 360 gradus et iterum ibi equatio est nulla. Sed de ista quarta retrograda non indigemus in vita nostra quia erunt multi anni antequam veniet 90 gradus. Quere ergo numerum graduum in lineis numeri quo invento vide quid sit in directo in gradibus in minutis 210 et scribe extra in duobus locis quo facto si habes aliqua minuta ultra gradus in numero graduum cum quo intrasti intra ad hunc semel uno gradu addito hoc est dicere si intrasti primo cum 60 gradibus et si fuerint ultra 60 gradus aliqua minuta intra postea cum 60 et 8 gradibus et vide quid sit in directo de equatione et scribe illud extra. Quo facto vide utrum prima equatio scilicet ista quam accepisti sit maior quam 2a vel econtra et subtrahe minorem a maiori et illud quod remanet vocatur differentia inter duas equationes de qua differentia accipe partem proportionalem secundum proportionem minutorum que fuerint ultra gradus ad 60. Partem enim proportionalem invenies hoc modo si in differentia duarum equationum fuerint minuta et 2a reduc ea in 2a denariam scilicet 88. 2a et sic primus numerus proportionis et minuta et 2a que fuerint ultra gradus cum quibus non intrabas reduc etiam 88. 2a et sic 2us numerus sicut multiplica 2um numerum per primum et illud quod provenit divide per 60 et numerus quotiens erit numerus proportionis quam partem proportionalem adde equationi prime vel aufer prius si 2a fuerit maior vel subtrahe a prima si 2a fuerit minor et quod post additionem vel subtractionem provenit est equatio motus 8e spere quo habito adde illam cum motu augium et stellarum fixarum. Quam tamen scire si gradus cum quibus equationem fuerint pauciores 180 gradibus vel subtrahe si fuerint plures et quod post additionem vel subtractionem provenit adde radici cuiuscumque augis volueris et habebis verum locum eius. Et nota quod ista operatio est necessaria pro motibus planetarum quia nullius planete verus locus potest inveniri sine motu augis sicut patebit in sequentibus dante deo.

Verum locum solis per tabulas invenire. Quere primo medium motum solis et ipsum serva.

Deinde scias augem solis per capitulum precedens
quam augem subtrahe a medio motu si potes, id est
si medius motus fuerit maior quam aux. Si autem non
potes subtrahere, id est si medius motus fuerit minor auge,
mutua unam revolucionem, id est sex signa phisica,
et postea subtrahe augem, et quod post subtractionem
provenit erit argumentum solis. Hic nota quod in isto et
omnibus sequentibus capitulis precipue in eodem
subtrahe talem numerum et talem sine condicione [illegible]
subtrahere sive iste numerus a quo debet fieri subtractio
sit maior sive minor illo qui debet subtrahi quoniam
si iste numerus a quo debet fieri subtractio sit minor ad-
dendo est una revolucio. Et postea fiat subtrac-
cio et hoc diligenter nota. Tunc cum argumento solis
intra cum eo tabulas equacionis solis et quere numerum
consimilem in lineis numeri. Et si totum numerum argumenti
pariter ibi inveneris, id est si tantum sunt signa et gradus
sine minutis, invenies indirecte equacionem solis quam equacionem
subtrahe a medio motu si argumentum solis mediante quo in-
venisti equacionem fuerit minus sex signis vel
adde eandem cum medio motu si argumentum fuerit plus
quam sex signa. Et quod post addicionem vel subtractionem prove-
nit erit verus motus solis in 9 spera. Qui non cu-
raret magna precisione sic isto modo equare et
si forte vero in argumento solis ultra signa et gradus sunt
aliqua minuta. Et si sunt plura quam 30 pro hiis pone
vel addere unum gradum cum gradibus argumenti.
Et si sunt pauciora minuta quam 30 de eis non cura-
ret et sic cum uno introitu haberet equacionem nec
oporteret querere proporcionalem. Et est opus sa-
tis facilium (?) ad sciendum in quo gradu est sol.
Et similiter posses facere in aliis planetis. Sed quia hoc
non sufficeret volenti precise operari oportet tenere completam
doctrinam. Intra itaque cum argumento ut dixi et quere
numerum signorum et graduum in lineis numeri et vide
quid sit indirecte de equacione pro gradibus minutis [illegible]
[illegible]. Et quod ibi inveneris scribe vel in duobus
locis. Deinde si in argumento ultra signa et gradus
fuerint alia minuta et alia secunda, adde argumento unum
gradum et cum illo quod provenit intra iterum et
vide equacionem indirecte contentam et eam scribe quam
voca secundam equacionem. Quo facto subtrahe breviorem equacionem a maiore
et illud quod remanet est differencia duarum equacionum, id est
est equacio que debetur uni gradui in illo loco ta-
bule. De qua accipe talem proporcionalem qualia
sunt minuta que fuerunt in argumento de uno gradu vel
[illegible] per [illegible] consueta (?) accipe proporcionalem partem pro-
porcionatam minutorum que fuerunt ultra gradus in argumento a-
d 60, quam proporcionalem adde prime equacioni
si secunda fuerit maior vel subtrahe eam a prima si secunda
fuerit minor. Et quod post addicionem vel subtractionem prove-
nit erit equacio solis ultimo examinata quam
equacionem subtrahe a medio motu solis quem iussi
servari si argumentum solis fuerit minus sex signis vel
eandem adde si fuerit argumentum plus sex signis.
Et quod post addicionem vel subtractionem provenit erit
verus locus solis in nona spera [illegible] quia [illegible]
[illegible] et pro qualibet signa computa duo signa quia
et si fuerint 30 gradus vel plures ultra signum computa
pro 30 gradibus unum signum communiter et ubi termi-
natur numerus signorum graduum minutorum etc. ibi est verum corpus
solis. Et quia in omnibus equacionibus ubi
volueris precise operari indigemus proporcionali, oportet
repetere hic modum inveniendi proporcionalem nec
repetere in sequentibus, sed in qualibet operacione remit-
tam te ad istum canonem. Si in differencia duarum
equacionum fuerint minuta et secunda reduc ea ad secunda, si minuta
multiplica per 60 et erunt secunda cum quibus adde secunda que habes
et illud quod provenit serva et non obliviscaris

quod sit denominacio quia secunda. Postea vide
minuta et secunda que sunt in argumento ultra signa et gradus.
Et si volueris precise operari reduc ea ad se-
cunda. Si autem non curas tanta precisione accipe
minuta sola. Et si tunc fuerint plura quam 30
pone pro eis unum minutum. Quo facto multiplica
numerum differenciarum per numerum residui argumenti et fiet de-
nominacio eius quod provenit quia si minuta per minuta
provenient secunda, si minuta per secunda provenient tercia, si secunda per secunda
proveniunt quarta. Qua multiplicacione facta divide numerum
provenientem per 60 et reddibit fractio in una denominacione superior
sicut per multiplicacionem provenit, quod per divisionem provenit
in numero quaerens et quod permanet manet. Et iterum
si in numero quaerens fuerint plura quam 60 divide
per 60 et provenient secunda et quod remanet manent
que secunda. Si fuerint plura quam 60 divide ea per 60
et provenit minuta et quod remanet manent secunda.
Quo facto habes proporcionalem. Ibi precise si vis
quam adde equacioni prime vel subtrahe prout dominatur.

Verum locum lune per tabulas invenire

Quere medium motum lune et ipsum serva.
Deinde inquire medium motum solis quem subtrahe a
medio motu lune et quod remanet duplica et
illud quod provenit erit medium centrum lune quod
dicitur in theorica duplex distancia inter solem et
lunam [illegible] distancia inter augem ecentrici lune
et medium motum lune et hec distancia vocatur centrum
medium lune. Serva igitur cum [illegible] medium mo-
tum. Postea quere argumentum medium lune et ip-
sum serva quibus consideratis intra primo
cum centro medio lune in tabulas equacionum
lune et quere equacionem centri cum duplici introitu
si fuerint aliqua minuta intra ultra signa et gradus
sicut dixi in canone solis. Vide eam ibidem
ubi inventa cum centro medio minuta proporcionalia
que sunt indirecte cum duplici introitu et ipsa
servas. Postea vide utrum centrum medium sit minus
sex signis vel plus. Si fuerit minus adde equacionem
centri cum argumento medio. Si vero centrum medium fuerit
plus sex signis eandem equacionem centri subtrahe
ab argumento medio. Et quod post addicionem vel sub-
tractionem provenit erit argumentum lune equatum vel ar-
gumentum verum sive equacio que est distancia corporis
lune ab auge vel epicicli. Quo habito intra
cum eo scilicet argumento in easdem tabulas e-
quacionum lune querendo numerum consimilem in line-
is numeri et accipe equacionem argumenti indirecte
contentam et eam serva. Et voca primam equacionem.
Postea intra cum uno gradu addito et accipe
iterum equacionem indirecte contentam et voca
secundam equacionem. Deinde subtrahe breviorem a maiore et re-
manet differencia duarum equacionum de qua accipe pro-
porcionalem partem proporcionatam minutorum que fuerunt ultra
gradus ad 60, quam adde prime equacioni si secunda fuerit
maior vel subtrahe a prima si secunda fuerit minor
et quod post addicionem vel subtractionem provenit erit
equacio argumenti primo examinata. Accipe
etiam eandem diversitatem diametri circuli brevis
intrando semper cum duplici introitu si oportet, si
in argumento equato fuerint aliqua ultra gradus.
Postea accipe de diversitate diametri circuli brevis
proporcionalem partem proporcionatam minutorum proporcionalium que dixi
prius servari ad 60 quam scias accipe pro ca-
none solis. Quam proporcionalem adde equacioni argumenti
prius examinate et quod provenit erit equacio argu-
menti examinata. Quam adde cum medio motu lune

conversus si equata prima et 2a fuerint equales tunc pro quod
generi per numeros sic prima accipiatur pro denominatore et addatur vel
subtrahatur pro modo simplicium numerorum Et in aliquo actu cuiusque denominationis
de habentibus plurimus fractiones et denominationes et denominatio
diligere tunc [illegible] fractiones reducas ad unum genus multiplica
extreme et reducta ad unum genus fractione dico quod denominatio
plurium generum sibi denominationis [illegible] et productum per
per primam dividatur et habebis [illegible]
[illegible] et [illegible] et [illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible]
[illegible] fractiones [illegible]
denominationis et [illegible] dicere per [illegible]
[illegible] denominationis et [illegible]
[illegible] et [illegible] vel [illegible]
[illegible]
[illegible] et [illegible] fractio [illegible] et [illegible]
[illegible]

6 a

Si r et yead qu ad codl actio cuita ffor^lia et
gr cef lag ad qcab eqtand actri ut equadtinf
meyb ffor^lia eiu q fit dcricato fi ad duplici
dravitu fi d sit et yad fini ayb duobq fi-ate
sf de centri et unitorp ffor^lud capiab ffor
eqtanud centri et addi ea ad arto medio
fit fimato fi centro medem fuit ung tarby
pquob ffi ved centro medio fuit tarby sigb
ffaffe camd^e cqnatar abcato medio et id q 1/4
potencud ut addito ybcaue et arto medio lue
cqnatud pue bui q b duftig^a corl lud abange
lucal equaeli eqtaud lato unitorp ffor^lud fiuct
q^r sig d digitali

si arg^m equatum fuerit plus .6. signis vel subtrahe si fuerit minus dicetur etiam theorica si luna fuerit in medietate epicicli que respicit occidentem a dextris maior est medius motus quam verus locus tunc equatio argumenti subtrahenda est in alia medietate quasi contra quare tunc addenda est adde itaque vel subtrahe secundum quod oportet et quod post additionem vel subtractionem provenerit erit verus locus lune in nona spera.

Verum locum capitis draconis invenire

Intelligendum est quod motus intersectionum circuli lune cum ecliptica quorum caput et cauda draconis non est sic motus planetarum sed est ad partem oppositam secundum dictam theoricam. Et dicitur caput genzahar. tamen inter quod signum firmamenti quantum in motu videtur cum firmamento. Quare subtracto medio cursu capitis de .12. signis remanet verus eius locus computatus secundum successionem signorum. Cum ergo volueris verum locum capitis genzahar invenire quere eius medium motum in tabula sua quam subtrahe a .6. signis et quod post subtractionem remanserit erit verus locus capitis draconis sive genzahar computatus ab ariete secundum successionem signorum. Vero vero loco lune secundum canonem precedentem. vero etiam vero loco capitis genzahar per istum canonem poteris verum argumentum latitudinis invenire hoc modo subtrahe verum locum capitis draconis de vero loco lune et quod remanserit erit argumentum latitudinis vere lune. Et vero vero argumento latitudinis lune distantia corporis lune a capite draconis. Et vero vero argumento latitudinis quasi mediante illo invenitur quanta est latitudo lune ab ecliptica. **Alius canon**

Verum locum saturni iovis et martis invenire

Quere primo motum medium istius cuius verum locum vis invenire et ipsum serva ad partem. Deinde in tabulis augis ipsius planete, dominium in precedentibus tabulis quam augem subtrahe a medio motu et quod remanserit erit centrum medium. Serva ipsum iuxta medium medium motum. Deinde quere medium motum solis quo vero subtrahe medium motum planete servatum a medio motu solis et quod remanserit est medium argumentum quod etiam serva iuxta medium motum et centrum medium. Et sic habes tria scilicet medium centrum et medium motum et argumentum medium. Et dicitur quare medius motus istorum trium subtrahatur a medio motu solis ad hoc ut habeatur argumentum medium est hec. Quilibet superiorum trium est in coniunctione media cum sole tunc est in auge media epicicli sui et in tantum tempore quolibet eorum per motum suum epicicli in quanto tempore sol revertitur ad partem quare media quare oportet ut tantum distet ab auge media sui epicicli quantum distat medius motus solis a medio motu sui. Cum distet autem medius motus solis a medio motu cuiuslibet eorum habetur per subtractionem eorum medii motus ipsius a medio motu solis. Una vero habetur etiam distantia corporis planete ab auge media epicicli. Vero hec secundum tria illa sic iam dicta est. Tunc cum hiis tribus scilicet medio motu centro medio et argumento medio intra tum centro medio in tabulas equationum illius planete cuius motum queris. Et quere equationem centri et duplica minuta si sint aliqua minuta vel gradus in centro medio sic dixi in canone solis quam equationem serva ad partem quasi ponet in augebis eam et subtrahe super eam .a. si centrum medium minus quo intrasti fuerit plus .6. signis addendum quod debet addi vel subtrahi super eam minus si centrum medium minus fuerit .6. signis addendum quod debet subtrahi. Et sic semper et sic etiam si debet addi adde eam cum centro medio et subtrahe eandem ab argumento medio vel si debet subtrahe subtrahe eam a centro medio et eam adde cum medio argumento et remanent vera equata scilicet centrum et argumentum. Quo facto intra cum centro equato in easdem tabulas in lineis numeri. Et accipe minuta proportionalia in directo scriptum et ipsa serva. Et consideratur quod cum minuta proportionalia vero superius sic scriptum longior vel propior et subtrahe super minuta servata eorum cum quo facto intra cum argumento equato in easdem tabulas. Et subtrahe equationem argumenti in directo existentem. Et ipsam serva. Et nota quod equatio argumenti primo ponatur et intra semper cum duplicato motu si sint minuta in argumento sic fecisti in canone solis. Accipe etiam ibidem scilicet ubi accepisti equationem argumenti diversitatem dyametri circuli ad longitudinem. Et accipias etiam in longitudine longiori si super minuta proportionalia fuerit scriptum longior vel in longitudine propiore si super minuta proportionalia fuerit scriptum propior. Deinde diversitatem dyametri accipe per partem proportionale. Secundum proportionem minutorum que servasti ad eo quam per partem proportionale adde equationi argumenti prius accepte. Et diversitatem dyametri fuerit accepta de longitudine propiori et eandem subtrahe per partem proportionale subtrahe ab equatione prius accepta si diversitas dyametri fuit in longitudine longiori. Et quod post additionem vel subtractionem provenerit erit equatio argumenti secundo equata super quam debet a. i. addatur si argumentum equatum fuerit minus .6. signis vel .m. i. minuatur si fuerit plus .6. signis. Quo facto recipe equationem centri quam iuxtasti et argumenti equationem. Et si super utraque sic scriptum .a. i. addatur adde eas simul et totum adde medio motui planete vel si super utraque sic scriptum .m. i. minuatur tunc utramque adde simul et totum subtrahe a medio motu planete. Et vero super unam sit scriptum addatur. Et super aliam minuatur subtrahe minorem a maiore et si super maiorem sit scriptum addatur adde id quod remanet post subtractionem vel si super maiorem sit scriptum minuatur subtrahe quod remanet a medio motu. Et quod post additionem vel subtractionem provenerit erit verus locus planete de quo operatus es in nona spera et hic est canon trium superiorum. **Alter canon**

Verum locum veneris et mercurii invenire

Dicendum quod idem est modus operandi in istis et in tribus superioribus excepto quod medius motus istorum sit idem quod medius motus solis. Et aux veneris et aux solis sunt in eodem loco. Et est differentia in istis et tribus superioribus in operando medium argumentum quia in illis invenitur per subtractionem mediorum motuum eorum de medio motu solis. De hiis autem quantum tabulas continuo facto si volueris operari per vero loco istorum. Quere medium motum solis qui est idem cum medio motu cuiuslibet istorum ut dictum est et eum serva. Postea subtrahe augem de medio motu cuiuslibet eorum sicut dictum est et quod remanet erit centrum medium suum ipsa iuxta medium motum. Postea quere argumentum medium et ipsum serva iuxta cum aliis. Cum istis tribus habitis etiam de operando est sic in tribus superioribus. Ergo solet etiam quilibet dari differentia de mercurio quia minuta proportionalia variantur in longitudine propiori et iste minutus cum minuta proportionalia non faciunt diversitatem in opere. Cum assumatur cum titulus minutorum proportionalium vero sit de longitudine longiori vel propiori. Hec sic est finis. **De introitu solis**

Introitum solis in arietem vel in quodcumque signum volueris invenire

Quere verum locum solis ad tempus propinquum estimatum scilicet ad tempus quo estimas quod sol per modicum distat ab ariete. Quo invento vide distantiam eius ab

arietem quam scias per subtractionem medii motus solis a 6 signis quod distantia sit reducta ad idem genus. scilicet si fuerint ibidem minuta 2a vel 3a tunc reduc totum ad 3a quam distantiam serva. postea scias motum solis in una hora medio diei quod scias hoc modo cum scias motum solis per unum diem minutum post tempus quo primo est equatum et subtrahe primum motum a 2o et quod remanet erit quantum sol movetur in uno minuto diei quem reduc etiam ad idem genus similiter denominationis ad quod reduxisti distantiam solis ab ariete scilicet si reduxisti distantiam ad 3a reduc et id ad 3a quo facto divide distantiam per motum solis in uno minuto diei et numerus quotiens erunt minuta dierum et serva ea ad partem et scribe superius minuta dierum postea si remanserit aliquis numerus post divisionem multiplica eum per 60 et quod provenit divide per idem per quod prius scilicet per motum minuti diei et numerus quotiens erunt 2a diei serva ea post minuta dierum prius servata deinde si quid remanserit post divisionem multiplica iterum id per 60 et quod provenit divide per idem per quod prius et numerus quotiens erunt 3a dierum servata ea post 2a et minuta prius servata et si tunc aliquid remanserit attendo quod dividi non possit de eo non sit cura quam opus factus perfectum est. Quo facto vide minuta dierum que invenisti si sint plura quam 60 pono pro 60 unum diem et residuum manet in loco suo. Quo facto si habes aliquos dies minuta dierum 2a 3a que invenisti adde tempori ad quod primo quesivisti primum verum locum solis et cum tempore quod provenit quere verum locum solis et cum invenies 0 in signis 0 in minutis 0 in 2is tempus id ostendit introitum solis in arietem. Si autem inveneris distantiam scias distantiam per modum prius dictum et motum minuti diei quam distantiam divide per motum minuti diei et quod provenit in numero quotiens sunt minuta dierum. Si autem distantia sit parva quod non possit dividi per motum in uno minuto diei multiplica eam per 60 et postea divide et erunt tunc in numero quotiens 2a dierum. et quod remanserit post divisionem multiplica per 60 et divide per idem quod prius et est factio inveniendi sequens subtilior. et hunc modum semper serva videlicet quod remanet post divisionem multiplica per 60 et postea divide per idem per quod prius donec sufficiat. Quo facto tempus quod modo invenisti adde cum tempore primo invento. Si post primam operationem sol non venit ad huc ad arietem vel subtrahe a tempore primo invento si post primam operationem sol transivit principium arietis et quod provenit erit tempus introitus solis in arietem diebus non equatis. Et cum illo tempore debet querere loca planetarum. postea intra tabulas equationis dierum cum mensibus suis in fine positum et vide equationem dierum in directo contentum. Et quod invenies ibi gradus et minuta accipe pro quolibet gradu 4 minuta hore et pro quolibet minuto 4 2a hore et minuta dierum et 2a que provenerint adde tempori in quo introitum solis in arietem invenisti. Et quod provenit erit tempus introitus solis in arietem diebus equatis. Et cum illo tempore debet queri vel figurari ascendens et dies equationis domorum et reliqua que fieri solent in figura. Et secundum quod dixi est de introitu solis in arietem intellige de aliis signis. Et quodcumque partem alia zodiaci volueris operari scilicet cum distantia ab illo signo vel loco vel cum motu solis in uno minuto diei excepto quod si volueris facere figuram celi cum pre[illegible] quartalibus dierum intra in locum solis in omnibus aliis est idem modus. Sciendum quod per eundem modum potes invenire introitum lune et aliorum planetarum in quodcumque signum et in quamcumque partem zodiaci volueris et velud inter hoc spatio volueris facere tempus introitus celestes ymagines. Volo etiam ut non lateat tibi quod cum habueris in aliquo anno tempus introitum solis in arietem vel in quodcumque signum bene ut[illegible] potes per conversionem etiam faciliter habere per tabulam revolutionis annorum ut dixi ubi in canone istius tabule.

Tempus vere coniunctionis et oppositionis solis et lune per tabulas invenire

Quere primo mediam coniunctionem si volueris invenire veram coniunctionem vel mediam oppositionem si volueris veram oppositionem. Quo facto quere ad idem tempus scilicet ad tempus medie coniunctionis

